



LIX. IDEM. [c. an. 1237. Romae.] Excommunicatio simpliciter lata, intelligitur de majori. Hoc dicit. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur. Si quem 61 sub hac forma verborum, Illam excommunico, vel simili a iudice suo excommunicari contingat: dicendum est eum non tantum minori, quae ad perceptionem Sacramentorum, sed etiam majori excommunicatione, quae ad communionem Fidelium separatur, esse ligatum. PITH. 61 Si quem, &c.] Ivo part. 14. cap. 51.

LX. IDEM. [c. an. 1237. Romae.] Beneficium indultum ratione minoris aetatis, postquam cepit habere locum, non extinguitur, licet minor pervenerit ad maiorem aetatem. Pueris 62, qui in Canonem inciderunt sententiae promulgatae, five ante, five post pubertatem possunt se absolvi, potest Dioecesanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri; cum propter defectum aetatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit manufactudine temperandus. PITH. 62 Pueris, &c.] Concil. Elibertini. Can. 22. in fin.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

TITULUS XL.

I. HIERONYMUS super Ofce 1. [c. an. 390. in Judaea.] Novale, est terra noviter ad culturam redacta. INNOVATE novale. Novale 11 est ager nunc primum praecipuus. II. IDEM super Daniele 2. [c. an. 390. in Judaea.] Appellatione patris veniunt in lata significatione omnes Ascendentes.

III. IDEM in Parabolis 7. [c. an. 390. in Judaea.] Non dicitur natus, qui statim decessit. Nam & ego unigenitus fui coram matre mea. Quare unigenitum se nominat quem fratrem uterinum praecipuus Scriptura testatur? nisi quia ille mox natus sine nomine 1, quali nunquam esset, de vita decessit. PITH. 1 Natus sine nomine.] Vide cap. 17. & 18. tit. 2. lib. 4. legis VIIgotho.

IV. IDEM super Matthaeum 2. [c. an. 390. in Judaea.] Dicitur, antequam, non semper implicat. Quod dicitur, antequam convenient, non sequitur ut postea conveniant: sed Scriptura, quod factum non sit, ostendit. V. HIERONYMUS super Matthaeum. [c. an. 396. in Judaea.] Primogenitus dicitur qui primus nascitur, etiam si nullus sequatur eum.

VI. HILARIUS b. [c. an. 355. in Gallia.] Verba sunt intelligenda, non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis. Intelligentia dictionum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus.

VII. AUGUSTINUS super Matthaeum 9. [c. an. 420. in Africa.] Non vitatur factum vario modo narratum, ubi idem in substantia narratur. Nihil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur, maxime cum quisque Evangelistarum eo ordine credat se dicere, quo Deus voluit.

VIII. GREGORIUS d 2. [c. an. 600. Romae.] Sensum, non verba considerare debemus. Propterea, si prolixam epistolam meam ad interpretandum accipere te fortasse contigerit; rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri: quia plerumque dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. PITH. 2 Gregorius.] Aristobolo Expressecto & Antigrapho.

1 Ofce 10. sunt verba Glossae interlinearis. 2 L. Qui per novalem, ff. eod. l. 1. Sylva. §. Novale. 3 Dan. 5. c. 1. eod. tit. in 1. Compil. 4 Proverb. 4. c. 2. eod. tit. in 1. Compil. 5 Ibidem, c. 4. eod. tit. in 1. Compil. 6 Lib. 4. de Trinit. Refertur cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. 7 Fortè hæc dicit Aug. in lib. de consensu Evangel. Vide ibid. lib. 2. c. 12. 21. & 28. 8 Lib. 1. epist. 28. Registr. c. 7. eod. tit. in 1. Compil.

IX. ISIDORUS e. [c. an. 630. in Hispania.] Dicit, quis proprius sit Praepositus. Quamvis omnes qui praesunt, Praepositi ritè vocentur, usus tamen obtinuit eos vocari Praepositos, qui quandam Prioratus curam super alios gerunt.

X. IDEM in libro Etymologiarum f. [c. an. 630. in Hispania.] Non recipit congruam summationem. Forus est exercendarum litium locus a fundo dictus, five à Foroneo Rege, qui primus Graecis legem dedit. Constat autem forus causa, lege, & iudicio. Causa a casu quo venit, dicitur: est enim materia & origo negotii, nedum discussionis examine patefacta: quae dum proponitur, causa est; dum discutitur, iudicium; dum finitur, iustitia. Vocatur autem iudicium, quasi iudicatio; & iustitia, quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur: unde & Auctores iudiciorum, Praepositos, Quaestores, vel Quaestores vocamus. Negotium multa signatur, modo actum alicujus rei, cuius contrarium est otium: modo actionem causae, quod est iurgium litis 6, & dictum est negotium, id est, sine otio. Negotium autem in causis, negotio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur, ut majora lucrentur. Iurgium dicitur quasi iuris garrum; eò quod hi qui causam dicunt, iure discipant. Lis autem a contentione limitis prius nomen sumplit; de qua Virgilius: Limes erat postitus, litem ut discerneret agris. Virg. in 12. Argumentum.

Causa, aut argumento, aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem; sed sola investigatione invenit veritatem: unde dicitur est argumentum argute inventum. Probatio autem testibus, & fide tabularum constat. In omni quoque negotio hæc persona quaerunt: Index, Accusator, Reus, & tres Testes. Index dicitur quasi jus dicens populo, five quod iure discipet. Iure autem discipetare, est iuste iudicare. Non est ergo Index, si non est in eo iustitia. Accusator vocatur quasi causator, quia ad causam vocat eum quem appellat. Reus à re, quae petitur, nuncupatur: quia quamvis conficius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quoad in iudicium pro re aliqua petitur. Testes antiquitus Superstites dicebantur, eò quod super causa statu proferebantur: nunc parte ablata nominis, Testes vocantur. Testes autem considerantur conditione, natura, & vita. Conditione, si liber, non servus: nam saepe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non foemina: nam varium & mutabile testimonium 8 semper foemina producit. Vita, si innocens & integer actu: nam si vita bona defuerit, fide carebit: non enim potest iustitia cum scelerato homine habere commercium.

XI. IDEM. [c. an. 630. in Hispania.] Dicit quid sit pactum, & unde dicatur. Pactum dicitur inter Partes, ex pace conveniens scriptura legibus ac moribus comprobata: dictum pactum, quasi ex pace factum.

XII. IDEM in eodem. [c. an. 630. in Hispania.] Hic Isidorus ponit etymologiam Juris, prout habetur in re, non prout est generale nomen. Jus dictum est à iure possidendo: hoc enim iure possidentur, quod iuste: hoc iuste, quod bene. Quod autem male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui vel suis male utitur, vel aliena praesumit.

XIII. PASCHALIS Canonis Sancti Martini. [c. an. 828. Romae in Flaminiam.] Quicquid Fidelis offert Ecclesiae, oblationis nomine continetur, & à secularibus possideri non debet. Causa 1 Carpentis plebis: & infra. Ceterum primitivae, decimae, & oblationes in solis Ecclesiarum bonis praecipuus numerantur. Oblationes verò decimas quaecumque de propriis & licitis rebus Ecclesiae à Fidelibus offeruntur. Quicumque igitur eas per potestatem secularium obtinet, proculdubio contra Deum, & Sanctorum Patrum nitarum functiones: quin immò, & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur.

XIV. ALEXANDER III. [c. an. 1175. Romae.] Solus Sacerdos potest Sacramentum Extremae Unctionis infirmo conferre. Hoc dicit. Quasi frat. tua 2: & infra. Nos itaque tibi taliter duximus respondendum, quod Sacerdos uno praesente Clerico, & etiam solus potest infirmum ungere.

In anno Bissextili servari debet loci consuetudo, circa diem Sancti Matthiae festandum, dum tamen Vigilia continetur Festo. Hoc dicit. §. 1. Festum verò Beati Matthiae iuxta consuetudinem Ec-

1 Lib. 10. Etymolog. c. 15. tit. in 1. Compil. 2 Lib. 18. Etymolog. c. 15. c. 10. eod. tit. in 1. Compil. 3 Vide l. Cum Clerici. C. de Episc. & Clericis. 4 Iurgium, Lis. 5 Virg. in 12. Argumentum. 6 Iure discipetare. 7 Accusator. Reus. 8 Testes. 9 Dicitur, testimonium, in omnibus Vaticanis desit. 10 Vide Joan. Valsium in Annal. Hispan. c. 20. 11 Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. 12 Cap. 9. eod. tit. in 1. Compil.

clesiasticam, Vigilia eatenus praecedat, ut nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se & solemnitate, aliam diem admittat; in qua utique Vigilia, nisi venerit in Dominica, jejunium celebratur: ipsum autem Festum, five fiat in praecedenti die, five in sequenti, (qui duo quali pro uno reputantur) nullus error, sed consuetudo Ecclesiae teneatur.

XV. GREGORIUS III. [c. an. 1196. Romae.]

Per verbum, Statuo, & Praecipio, definitiva sententia ferri potest.

N his 1 quae ambiguitatem continent: [Et infra 2.] Innotuit Apostolatu nostro, quod cum inter Magistrum M. & Conversos Hospitalis Sancti Simpliciani super eodem Hospitali in praesentia Mediolanensi Archiepiscopi quaestio verteretur, ipse Archiepiscopus post cognitionem causae in prolatione sententiae, his verbis non fuit usus, talem partem condemnando, vel talem absolvo; sed pronunciauit: ita statuo & praecipio: [Et infra 3.] Attendentes igitur, quod hoc verbum, Statuo, rem perfectam significat, & cum effectu non verbo tenus accipitur: Item quia secundum Gregorium, quod praecipitur, imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquando si non fiat, poenam habet. Considerantes nihilominus, quod non debet aliquis considerare verba, sed voluntatem, cum non intentio verbis, sed vera intentioni debeant deservire: Interpretamur, Procuratoribus utriusque Partis praesentibus, & definimus, quod praefati Archiepiscopi verba tali forma prolata, perpetuo valiturae sententiae obtineant firmitatem.

[2] Ad Sed. Apo. merito recusus debet haberi, ad quam reverè tanquam Matrem omnium Ecclesiarum majores & difficiliore quæstiones ab antiquis Patribus constitutum, & moribus utentium rectè approbatur conferri debere. [3] Ne de cetero, & cetera quae infra expressè continentur in Registro. Quoniam igitur sicut ex relatione dil. fil. n. G. Tit. S. Laurentii in Lucina, S. Joannis, S. Prisca Presbyterorum Cardinalium didicimus, quod ab hoc concessimus Auditoribus, super hoc visum in prolatione sententiae dubitatum.]

XVI. INNOCENTIUS III. Patriarchae Granden. [c. an. 1213. Romae in Istriam.]

Beneficium Principis latissime interpretari debet.

Lim 11 tibi scripsisse recolimus, ut si Canonici Paduani, Magistro G. Canonico Paduano Praebendam, quae tantum residentibus de communi confertur, sicut uni ex aliis de communibus proventibus & manualia beneficium non conferrent, tu eos ad id ap. censu. compellere procurares. Quia vero quidam mandatum nostrum interpretari aliter quam deceat, moluntur, (cum beneficia Principum sint interpretanda largissime) nostrum aperiendum duximus intellectum; videlicet, quod Praebendam, quae tantum residentibus in victu & vestitu de communi confertur, ipsi Magistro G. plenè sicut uni ex aliis residentibus injunximus conferendam.

1 Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil. 2 Dicitur, testimonium, in omnibus Vaticanis desit. 3 Vide Joan. Valsium in Annal. Hispan. c. 20. 4 Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil.

XVII. IDEM Colubrien. 3 & aliis Episcopis in Regno Portugalliae constitutis. [c. an. 1213. Romae in Portugalliam.]

Generale dicitur interdictum, quod fertur nedum in provinciam, sed in villam vel castrum.

Cum in partibus 9 vestris saepe contingat diversa loca interdicto supponi, quando generale vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari, cum illi qui ab Ecclesia Romana decorari privilegio meruerunt, videlicet, ut cum generale interdictum terra fuerit, liceat eis, januis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis & interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare; interdicto particulari se afferant non arctari, dicentes interdictum generale, duntaxat cum Regno, vel saltem Provincia tota subijcitur interdicto: [Et infra 10.] Cum (autem) in privilegiis de Regno, vel Provincia nil expresse dicatur, nomine Terrae non solum Regnum vel Provinciam intelligi volumus, verum etiam Villam & Castrum, ut & in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

[10] Propter quod & iustitia saepe deperit, & Praetoriam sententiam contemnuunt, cum in aliis interdictis ipsi promissis Divina celebrent, & suspensio Organum aliorum ipsi pulsatis campanis, & apertis januis, quoslibet passim recipiant ad Divina. Ne autem diverja interpretatio discordiae causam inter vos ulterius & odii somitem valeat ministrare; vel quod interdictum dici debeat generale amodo in dubium revocetur, significatione vobis praesentium intimamus quod. PITH. 3 Colubrien. 3] Taxa veterum Beneficiorum, Colubrien. Extat pag. 348. Epist. Innoc. Vide Vignet. tom. 2. pag. 149.

XVIII. IDEM Altifiodoren. Episcopo. [c. an. 1214. Romae in Galliam.]

Privilegium contra consuetudinem iuri communi obviantem largè est interpretandum. Hoc dicit secundum intellectum

Abbatis Antiqui. Et est casus not. secundum hunc intellectum.

Um tibi 1 de benignitate 4 Sed. Apost. sit indultum, 1 Cap. 2. eod. tit. in 111. Compil. quod ordinatio rerum Clericorum ab intestato decedentium, in tua dispositione permaneat; nos consulere voluisti, an appellatio vocabuli Clericorum, tam ad Canonicos, quam ad non Canonicos extendatur: [Et infra 2.] Consultationi tuae taliter respondemus, quod appellatio Clericorum non solum alios, sed etiam Canonicos comprehendit. [2] Secundo, an illi qui in dispensatione & voluntate alterius suam committunt ultimam voluntatem, nil per se penitus ordinantes, nec determinantes cui loco vel persona conferri debeat, dicantur decedere intestati. Prima igitur. PITH. 4 Cum tibi de benignitate, &c.] Vide Epist. Innoc. pag. 51. Matth. Paril. 187. Junge cap. 13. sup. de Testam.

XIX. IDEM Praeposito, & Capitulo Placentino. [c. an. 1214. Romae in Liguriam.]

Jurans obediare Praelato, & Ecclesiae, non Clero Dioecetano, sed Capitulo Ecclesiae Cathedralis obediare tenetur.

Um Clerici 5 Placentini juramentum praestant sub hac 1 Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil. forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Placentinae Ecclesiae, & Domino meo Episcopo Placentino: nos consulere voluisti, utrum intelligi debeat 2 Clerus totius Dioecesis, an Capitulum tantum Ecclesiae Cathedralis? Nos igitur taliter respondemus, quod per Ecclesiae Placen. vocabulum in forma juramenti praescripti non debeat intelligi totius Dioecesis Clerus: & si Capitulum intelligatur Ecclesiae Cathedralis, is tamen qui praestat hujusmodi juramentum Episcopo, tanquam Capiti principaliter obligatur.

PITH. 5 Cum Clerici.] Extat pag. 448. Epist. Innoc. Sigon. pag. 577.

XX. IDEM Priori Sancti Fridiani Lucan. [c. an. 1214. Romae in Tusciam.]

Appellatione Ecclesiastica censura comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.

Quarenti quid 1 per censuram Eccle. debeat intelligi, 1 Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. cum hujusmodi clausulam in nostris literis apponimus: sit, in respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia valeat intelligi; nisi Iudex discretus, rerum & personarum circumstantiis indagatis, ferat, quam magis viderit expedire.

XXI. IDEM Casaraug. Episcopo. [c. an. 1215. Romae in Hispaniam.]

In privilegiis de decimis Novalium non solvendis, illud appellatur Novale, de cuius cultura non est memoria, & quod prius modicum vel nullum fructum afferbat.

Quid per 1 Novale 6 vocabulum intelligi debeat, tua Frat. 1 Cap. 5. eod. tit. in 111. Compil. ternitas requirit. Licet autem quidam dixerint quod Novale sit terra praecisa, quae anno cessat; aliis afferentibus, quod ex sylva, quae arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri Novale dicatur: quarum utraque interpretatio ex civilibus legibus colligitur. Nos igitur 9 inquisitioni tuae respondemus, quod eam credimus Praedecessorum nostrorum intentionem fuisse, cum piis locis indulgentiam de Novalibus concesserunt, ut Novale intellexerint agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset. Sed nec de quolibet tali Novali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo duntaxat, cuius decimam Religiosus potest Conventus absque gravi detrimento Parochialis Ecclesiae detinere, cum talis sit saepe locus incultus, de quo Parochialis Ecclesia magno percipit decimarum ratione proventus.

1 PITH. 6 Quid per Novale, &c.] Vide cap. 12. sup. de Decimis, &c. Nam Ferdinandus Aragonius Casaraugust. Episc. Conobium Cisterciensis Ordinis in Celtiberis nuncupatum Petrinum constituerat, & se ei Conventui ex Praefecto Alcanienfi dicaverat. Surita ann. 1196.

XXII. IDEM Abbati F. & P. Monachis Alcobaciae 7. [c. an. 1215. Romae.]

Si Ecclesia subiecta Episcopo, unitur alteri, vel gubernanda committitur salvo jure Matricis Ecclesiae, per Matricem Ecclesiam intelligitur Cathedralis, & non Romana.

Venerabili F. n. Colubrien. 8 Episcopo didicimus conquirente, quod cum Fratres Sanctae Crucis Monasterium de Argaritis 9 sub protectione sua nuper receperint, quod suis Praedecessoribus Episcopalia jura confueverat ab antiquis temporibus exhibere, nunc quodam de Canonicis suis sine suo consensu ibi facto Priore, occasione cuiusdam privilegii à C. Papa veritate tacita impetrati, eidem Episcopo obedienciam denegat exhibere; inde sumpta occasione, quod per Matricem Ecclesiam, non Cathedralis intelligit, sed Romanam: [Et infra 10.] Ideoque mandamus, quatenus si aliud vobis non occurrerit, propter quod dictus Prior non debeat Dioc. Episcopo respondere, vos cum ad eam praestandum eidem, sicut Praedecessores sui Praedecessoribus Episcopi confueverunt vel

1 Cap. 6. eod. tit. in 111. Compil. 2 Argavil. 3 Cap. 6. eod. tit. in 111. Compil.